

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioannis Ionstoni|| Theatrvm|| Vniversale|| De Avibvs

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCLVI.

VD18 90528921

Titvlvs III. De Auibus Bacciuoris.

urn:nbn:de:gbv:45:1-11068

mero in Italia adparent et in pratis ingentes earum cateruae conspiciuntur. Quae de harum *congene-*

re addit Aldrouandus, uide, si libet, capite uigesimo primo libri decimi octau.

TITVLVS. III.

De Auibus Bacciuoris.

CAPVT. I.

De Turdis in genere.

Auis Latinis seu per onomatopoeiam seu a colore turdus dicta a Graecis ueteribus *κίχλη, κίχλα*, *κίχλα*, a modernis a schynopoullus, ac si lentiscinas aues diceret, uocatur. Genera ipsorum tria prodidit Aristoteles. *Visciuorum* seu *ἰσχυροῦ* picae magnitudine. *Τερχάδα* a stridore dictum, quantitate merulae et *ilias* omnibus minus minusque maculis distinctum, c quod gregatim uolat et nidos e luto hirundinum more construit et apud Gallos † non extare putatur. Recentiores plura enumeratis adnumerant. Nam et *turdela* Hermolao est genus turdi alterum, quod in Veneta prouincia drexanos uulgo uocant, maior turdo, penna subfusca, uaria et Turnero illa, quae Saxonice *Brachvogel*, (commune hoc fere illis nomen, quae in noualibus et quiescentibus agris immorantur) colore fusco, terreo, obscuro, ut humi sedens agnosci uix possit, ex turdorum est genere. Idem Germanorum *Trostel* turdum pilarem esse putabat. Scaliger † secundi apud Aristotelem generis *duas species* facit, quarum una *trida* a Vasconibus, altera *turdus* dicitur, figura et facie adeo dissimiles, ut nonnunquam in agnoscendo fallantur. Saxonum *Ziepdruschel* colore iliaco similis quaeque circa rubos uersatur et fructibus eorum uiscitat, minimum turdi genus et *βυτίς* Aristotelis quibusdam Germanorum uero *Klein Zimmer*, merula minor, rostro acuto, breuibus pedibus eiusdem nonnullis cyanus. Heluetii habent turdum syluestrem Carinthiorum auis dicta *Leimtrostel*, pedibus

albis, turdis minoribus adnumeratur. De *albis*, qui in septentrione, non est, quod aliquid dicam.

Forma si spectetur, cinereus color eis fere peculiaris est, huic, quam illi remissior uel intensior. Omnes per collum inferius, pectus et uentrem maculis aestate consperguntur, d quas per hyemem deponunt. Vnde Arist. H. A. 9. c. 49

de Plinius: *e turdis color aestate circa collum uariis, hyeme concolor.* H. N. 1. 10. c. 29.

Visus tamen uisciuorus, nescio, quo anni tempore, captus, qui ita plumbei coloris euaserat, ut quodammodo ad amethystinum accederet. Visus et turdus uulgo dictus, tribus diuersis coloribus diuersis nimirum temporibus captus. *Rostrum* omnibus est longiusculum, crassiusculum, rectum. *Lingua* lata et ad imitandum humanum sermonem parata. *Pedes* figura similes et colore non in omnibus eodem. *Intestinum* appendices non habet nec gula uerius stomachum dilatatur nec superius ingluuiem habet. Nullibi non sunt obuii. *Daphnios* seu a Laureto illo Alexandrino, ubi bacis uesci poterant, seu a *Daphne* delizioso quodam Syriae suburbano ita dictos Clemens Alexandrinus celebrat. Aduenas esse et quotannis in Italiam circiter aequinoctium autumnale trans mare uerno reuolare auctor est f Varro. f de Rost. Vnde trimestres Plinius dixit, per hyemem latere scripsit g Aristoteles, nec tamen omnes, uel ex eo euidens, quod in h Heluetia circa Tigurum per hyemem abundant, hyeme in Italia loca maritima iuniperis et myrtis consita frequentent. Ab i il. s. Hel. Ambrosio inter eas, quae sub hyemis ini-

a. Bellon. Obs. l. 1. c. 10.

a. Arben. Dignos. l. 2.

† Scalig. in H. A. Arist. l. 9. c. 26.

Genera. † l. Commentar. citato.

initium ad nos accedunt, numerentur, Bononiae denique Martio k Aldrou. k etiam mense copiose habeantur. Ornithol.

Quantum ad *vitum*, delectantur l. 16. c. 1. baccis myrti, iuniperi, sambuci, Vitis hederæ nec non oliui, ut est apud Calphurnium poetam. Vnde oliuariorum nomen, fagi glandibus, insectis, lumbricis et culicibus. Ex

semine ab ipsis excreto prouenire 1 Theophr. uiscum Theophrastus l et Plinius m de Caus. prodidere tam falso, quam satyria et orchides ex eorum genitura

nasci falsum est. Quot enim in arboribus turdus stercus excernit et tamen uiscum non generatur? Quot in regionibus turdi non sunt, ubi uiscum nascitur? Concoquitur in turdi uentriculo granum, n cum la-bruscarum longe duriora et maiora concoquantur gigarta et exhibitis uni uisci baccis nulla in excrementis reperta est species. De saginatione uideantur oeconomica.

In cacuminibus arborum nidificantes pene contextim in successu generant. Oua decem a conceptu diebus pariunt et fouent. Increbuit alicubi mos, ut uasa ibidem collocentur.

Vox. *Vox* eorum trutillare, ut Philomelae auctor inquit. Sermoni adfueti, o tanquam e modulis sermocinantur. Habuit Agrippina, qui omnium sermones p imitabatur. Et mirum est adeo furdos dici, ut uitium in prouerbum ceserit. Inuenere et in

Vfus. *medicina usum.* Myrtilorum baccis farti et asii uentris profluuiolaborantibus q exhibentur. Tempore pestis in cibo macerati laudantur. q Plin. H. N. l. 30. c. 7.

Quid de usu in cibis dicam? Duriores quidem concoctu perdicibus, attagenibus, phasianis et gallinis Galenus facit, sed, quia idem phasianos gallinis concoctione et nutriendi ui pares, edendi suauitate superiores r alibi scribit, alibi s laudat

tis cibariis, quae neque tenuem neque crassum succum gignunt, adnumerat, uel locus prior mendosus est uel sibi ipsi contradicens fallitur. Graeci t sane oua cum turdis, leporinis carnibus ac mellitis placetis secundae mensae frequentius inferebant. Iisdem turdorum turmae in propomatibus seu primis u coenae ferculis in usu. Eorundem pecciora in patinam Apicianam coniciebantur. Et quantus circa eos Romanorum luxus, siue copiam siue pretia spectes. Tanta turdorum aliquando fuere auaritia, ut ex iis stercorarentur agri. Lucullus y alios uidebat turdos in mazomo positos coctos, alios uolitare circa fenestras captos. Ex uno ornithone quinque millia scio uenis se turdorum denariis ternis (id est computante Budaeo denis solidis Turonicis et semisse) ut H. S. sexaginta millia ea pars uillae reddiderit eo anno, inquit z Varro. At nunc aetatis nostrae luxuries quotidiana fecit haec pretia etc. Nostra aetate quoque modo capti eduntur. Quibusdam iecur ouis integrum cum medulla panis contunditur et per linteum transmittitur. Hinc aromatibus ad saporem coloremque commendandum inspersis feruescit. Turdi in iure carniū elixi et modice frixi imponuntur.

CAPVT II.

De Turdis in specie.

ARTICVLVS. I.

De Turdo Visciuoro et Trichade.

Turdus uisciuorus Aristoteli ἰζι-βόρος, Athenaeo ἰζοδάρος dictatur. Maior est caeteris turdis et paulo infra columbam. Capite,

alis et uentre fuscus, plumis tamen iuxta caudam aliquid flauī admixtum adparet. Cutem intra rostrum pallidus et subruber colores mixti tin-



Merula Rosa mas seu Sturnus marmus.



Merula. ansel.



Merula Brasilia.



Merula apus Indica.



Sturnus vulgaris.



Caryocatactes nussbakeri.



Sturnus. Staer.



Sturnus Capite albo.



Sturnus Cinereus.

Sturnus pullus.

HISTORIA NATURALIS



bl. 16.
mitb. c

H. 16.
c. 16.
H. 16.
c. 16.

H. 16.
c. 16.
H. 16.
c. 16.

bl. 16. Or-
nith. c. 2.

tingunt. Collum parte prona uen-
terque totus nigris punctis in albi-
cantibus plumis et alicubi flauis ua-
riant. Pedes digitique, posteriore
praesertim tibiæ neruo, flauescunt. *b* Aldrouandus semel unum
adeo in cauda maxime et alarum
remigibus albescentem obseruauit,
ut pene albesceret, capite uero, ter-
gore et supernis alis omnino cine-
reus esset. Nullo non tempore apud
nos uisuntur. *Cibus* ipsis abietis
uiscum et resina, aestate inprimis,
hyeme fructiferarum arborum semina.
Sed et baccis arborum, iuniperi
praesertim et ligustri inhiant. Dum
singuli singulas uisciferas arbores
occupant et prope eas morantes alios
persequuntur, facilius capi prodidere
nonnulli. Obseruata in iis a rusticis et
praefagia. Diu nempe duraturae hyemis,
si circa huius finem in cacumine arboris
cantillent. Futurae aestatis, si in eius
medio confideant.

TRICHAS, qui pilaris perperam
dicitur et a fridore nomen sortitus
est, totus fere magnitudine et figura
est merulae. Rostrum habet subfla-
uum in extremo nigricans. Os et lin-
guam flauo colore tincta. Collum
prorum cinereum maculis nigris ad-
persum. Dorsum charopum et per
medias pennulas nigricans. Pars cir-
ca uropygium cinereis plumis obte-
gitur. Caudam nigrae pennae con-
stituunt. Collum supinum et pectus
uaria sunt. Pennae alarum partim
nigricant, partim rufo colore tin-
guntur etc. Nunquam aut raro in
aestate in Anglia *uifitur*, hyeme
tanta illorum multitudo, ut nullius
auis maior. Vescitur baccis iuni-
peri, aquifoliae et sorbi minimae.
Apud Heluetios postremo aduenit
Acute *c* sonat et, quamuis colo-
rem mutet, uocem tamen non ua-
riat. Volat gregatim et inter
uolandum obstrep-
rus est.

Gesner. in
Ornithol.

c Arist. H.
A. 1. 9.
c. 20.

ARTICVLVS II.

De Turdo Illade et Simpliciter Dicto.

Turdus illas, tyllas Alexandro
Myndio dicitur. Fuscus est
per totum dorsum. Pectus est ua-
rii coloris, medius uenter albicat,
utrinque rubet. Eodem colore pars
sub alis tingitur. Interiora oris pe-
nitus flauescunt. *Nidificant* in Bo-
hemia uel Hungaria. Gregatim
plerumque in dumetis *degunt*. Ini-
tio hyemis per quatuordecim fere
dies ante pilares in Heluetiam ad-
uolant, circa pascha recedunt. Ra-
cemis *uiditant* uineisque multum
damni inferunt. Ideo tempore uin-
demiarum capiuntur. Gesnerus in
dissecti uentriculo mense Nouembri
baccas spinæ albae, quam oxyacan-
tham dicimus, reperit.

Quem Aldrouandus *turdum sim-
pliciter dictum* uocat, is Bellonio
turdus primus Aristotelis et turdus
uisciuous minor dicitur. Crura in
eo ex descriptione Gesneri albicant.
Pectus, uentrem et latera puncta ni-
gra insigniunt, illud subflauo et ru-
fo colore in unum commixtis in-
signitur. Idem sub alis color me-
rus. Tota fere pars prona fuscescit.
Alae fusco rufum miscuerunt et ma-
culas subflauas habent. Venter
candidus est. Crura albicant. Pro-
prium illis esse adparet, ut circum
oculos maculentur. Sexum solo
cantu discerni posse dicunt.

NB. *Genus turdorum exoticum*
uide in mantissa. N. 9.

CAPVT III.

De Merulis.

Merula Graecis *κόρυφος, κότυφος*
et *κόρυχος*, quibusdam a ni-

gro colore nigretta, Latinis, quod
foliua sit et sola pascatur, *merula*
dici-

Genera. dicitur. Duo ipsarum *genera* Aristoteles *a* ponit. *Vulgare* seu nigrum et *candidum*, quod tantum circa

a H. A. l. 9. c. 19. Cyllenam Arcadiae nasci scribit: nos et in Noruegia et in nouo orbe inueniri scimus. Varro *b* inter res

b de R. R. l. 3. c. 9. inusitatas reponit. Addit et *tertium* fusco colore et minoris magnitudinis, quod passerem solitarium uel merulam montanam quidam esse iudicant. Vidit Aldrouandus totam ex flauo ad castaneum uergentem, mutato forte priore colore. Magnitudinem ei turdi trichadis Aristoteles tribuit, citante Athenaeo, colorem nigrum, rostrum puniceum uere, an falso, nescio. Albertus rostrum et pedes crocea. Sed, ut plumarum colorem pro temporis diuersitate mutant, ita et rostrum idem non feruat. Nam id anniculis, teste Plinio, in ebur transfiguratur, at maribus duntaxat. Scaliger †, pullos nigrum habere, anniculos buxum adfirmat.

† In Aristotelis H. A. l. 9. c. 5. *Sexus* optime discernitur. *Foemina* namque fusca est, rostro inferius tantum lutescente, supra plane fusco. Gula pectusque totum ex albicante et fuscescente coloribus maculantur. Nominat Aldrouandus *c* quandam *leucephalum*, cuius caput praeter tres maculas oblongas nigras, quae retro oculos conspiciebantur, prorsus candidum erat, rostrum et oculorum iris lutea, pedes fuscescebant. Cauda et uenter aterrimi coloris. Alae albo maculabantur. Adponit et *candidam totam*, rostro duntaxat rutilo et pedibus lutescentibus. Alae ex albo et nigro sunt maculae, mas minus, quam foemina, cauda nigra, rostro et pedibus intense in mare rutilis, pallide in foemina flauescens.

c Ornith. l. 16. c. 6. *Locus.* Quantum ad *locum*, uersantur in locis densis confitis arboribus, spinetis, angustis montium angulis et *d Arist. H. A. l. 9. c. 16.* lapidum fissuris. Mutant, ut turdi, *d* locum et hyeme in uicina demigrant aprica. Parasitus tamen apud Athenaeum, si aliorum sub dio perpetiendus sit, se merulam esse profitetur.

Vescuntur iisdem, quibus turdi. Sed et pomis forborum, orni sambu-

cique acinis. Caueis inclusae etiam carnibus. Plantae, ex quibus praecipue cibum decerpunt, sunt oxycedrus Dalechampi, ilex aquifolia eiusdem, myrtacanta, phillyrea angustifolia, myrtus laurea maxima, myrtus exotica Plinii et arca Theophrasti effigie alni.

Nidos figura hemisphaerica oblongiuscula, ad modum scutellae cauos, ex furculis ramulisque exilibus et fibrosis radiculis luto inter se contextis, substrata molliore materia, construunt. Bis anno omnium auium primae ante exactam hyemem in Heluetia mense Martio uel Aprili *pariunt*. Numerum pullorum nemo exponit. Nido Aldrouando adlato quinque inerant. Persarum magos ex saluia sub ficu putrefacta, dum sol et luna secundam solis faciem occupant, auem merulae similem procreasse, cuius adustae cinere lampadi insperso domus serpentes repleta uidebatur, auctor est *e* Langius.

e Epist. Medic. 38. Vox. De earum *uoce* fringulicire quidam usurpat. Veteres eius non exprimunt proprium, sed inter canoras ponunt. Quandam adeo in nouem uocum modis exprimendis excelsisse, ut nullus hominum perfecte eam imitari potuerit, Albertus auctor est. Incipiunt autem uere canere, continuant per aestatem. Hyeme cohibendo uocem *f* strepunt et *f Arist. H. A. l. 9. c. 49.* tumultuose uoculantur. Plinius *g Plin. H. N. l. 10. Amicitia.* hyeme balbutire, circa solstitium mutas esse *g* ait.

Amicitiam cum ea rubecula colit. Sequitur enim eam et noctu uel iuxta ipsam uel in proxima arbore conquiescit. Ipsas noctuae ita infensas quidam uolunt, ut, quotiescunque clamantem audiuerint, tanquam iniuriam uindicaturae aduolent. Mali Punici grano perire Aelianus *h Ael. H. A. l. 6. c. 46.* auctor est.

Ingenium respicit, quod *i* humanum sermonem, quamuis *i Ingenium. Philostr. l. 7. in uita Apollon.* linguam strictam, rostrum rectum et angustum habeant, imitantur et quod laurifolio annuum fastidium purgant.

De

Genera-
tio.

Nidificat in deuiss solitudinibus pullosque, quos ternos aut quater-
nos excludit, ut a rupicapris etiam
tuti sint, in cauernas deorsum
condit.

Vox.

Vox ipsi articulata, amoena et ua-
ria. Media et intempesta nocte ex-
pergefata ad adstantis prouocatio-
nem claro spiritu canit. Ante tem-
pus autumnus cum colore etiam uo-
cem mutat ac alis expansis nouos
secum continuo murmurans exco-

gitat cantus nec ueteris obliuisci-
tur.

Color sub hyemem niger e cae-
ruleo euadit. Circa ueris initium
in pristinum commutatur. Adul-
ta uel e nido semel egressa et uola-
tui adueta nullis astutiis capitur.
Moris denique ei, oculos hominum
aliorum alitum more adpetere.
Tamque diligenter res obseruare, ut
pleraque uocis aliquo articu-
lo indicet.

ARTICVLVS II.

De Merula Montana, Germanorum Torquata,
Bicolore et Saxatili.

Merula Germanorum MONTA-
NA auis est paulo infra tur-
dum maiorem. *Caput*, dorsum et
alae rufo quodam modice admisto
nigricant. *Pectus* est ex plumis par-
tim subfuluis, partim nigricantibus
obscurè maculosum. *Os* interius
et lingua lutei seu melini coloris.
Ventris color ex nigro et cinereo
mistis, crura ex glauco nigricante
et rufo constant. Cauda est atra.

TORQVATA, quae et monta-
na, saxatilis et equina, quod in syl-
uis uermiculos in fimo equino quae-
rat, auis est barbatula, magnitudi-
ne fere et colore turdi. Parte pro-
na inter collum habet albas duo-
rum digitorum latitudine plumas,
reliqua maculosas, nigris in medio
pennis, ambitu albis, superiore fu-
scas, alarum pennis, margine extrin-
seco albicantibus. *Foemina*, quam
Aldrouandus descripsit, erat corpo-
re toto subnigro, rostro circa na-
res et in apice nigro ad latera fla-
uescente, pennis remigibus alarum
nec non uentris, extimis oris non-
nihil albicantibus, caeterea candi-
cantibus. In ultimo gutture seu
pectoris principio macula albisima
pollicem lata ad humeros pertin-
gente uel torque candido orna-
batur.

Merula BICOLOR, quod duo-
bus potissimum coloribus fusco aut
subnigro et luteo rubescence uariet,
dicta, est auis merula paulo minor,
capite fusco lineolis candicantibus
uariiegato, rostro in luteo rubescen-
te, qui etiam color in tergore et
cauda intensior, in pectore et uen-
tre remissior uidetur. Alarum re-
migibus fuscis, in extremis oris al-
bis, pedibus breuiusculis, digitis pro
proportione longis luteis, unguibus
rubicundis.

SAXATILIS, quam Turnerus ex
graculorum genere facit, quidam
cyanon Aristotelis credunt, nonnul-
li rubiculam saxatilem, nucifragam,
merulam Alpinam uocant, auis est
cum *caryocatactæ* Gesneri eadem,
merula maior. Sturni fere instar
maculata, supra nigricans, minus
tamen in capite et dorso, quam in
alis, maculis ubique distincta semi-
lunaribus, quae pariter per tergus
et alas maiores sunt, quam per ca-
put. Prone a rostro ad anum us-
que lutea maculis ferrugineis albis-
que, quae et ipsae magnitudine ua-
riant, percurrentibus. Alarum pen-
nas maiores habet nigras et in ex-
tremis oris candicantes. Caudam
supine nigram, prone ferrugineam,
pedes fuscis. Vaga est nec
inuenusta.



ARTI-

ARTICVLVS IV.

De Merula Rosea, Exoticis et Merulae Congenere.

Merula ROSEA ab aucupibus Italis sturnus marinus uocatur. Est merula paulo minor, tergo, pectore et alis supernis roseis seu carneis, capite cirrato, rostro, qua capiti iungitur, nigro, caetera carneo, alis et cauda nigris, remigibus fere subcaustaneis. In foemina color est dilutior, caput si excipias. Reliqua enim pars colli, alae et cauda minus, quam in mare, nigrescunt. Plurimum adipis corpori adiaciunt et in cibo maxime commendantur.

EXOTICA est duplex, *Brasilica* et *Indica* apos. *BRASILICA*, ut a Bellonio describitur, differt magnitudine a merula. Rostrum illi breue. Color totius corporis, si caudam et alas excipias, quae atrae sunt, adeo intense rubet, ut nullus intensior rubor possit excogitari. Cauda oblonga est, crura nigra. Illius, quam Aldrouandus exhibet, pennae superius omnes ad scapulas rubent, dein nigrae succedunt, has rubrae rursus excipiunt. Rostrum est insigniter recuruum, intus luteum. Pedes, qui pro tibi-

proportione maiusculi, ex cinereo leuiter fufcescunt. APOS monstrosa forte est. Rostrum habet merulae, in extremitate nigrum et recuruum, infra, qua capiti iungitur, canalicans. Caput, uenter, dorsum colore coccineo intenso et uegeto, alae et cauda nigro, unde porphyromelanos dici posset, tinguntur.

CONGENER merulae est duplex. *Vna* rostro prope, quod linea rubra conspicitur, nigro, capite, dorso et cauda ad subcaustaneum uergentibus, extremis oris albicantibus. Prone pectore uentreque toto et cauda lineis quibusdam cinereis per transuersum ductis albicat. *Alter* merulis erat minor, passeribus maior, capite cinereo, oculis nigris aureo circulo circumductis, rostro pro corporis proportionem robusto, luteo, crassiusculo, in extremitate nigro et acuto. Dorso ad caudam caustaneo obscuro, pennae alarum, quae dorso iunguntur, albis. Quae uentri nigris. Remigibus in extremis oris cinereis. Similis collationi cinereo uidebatur.

CAPVT V.

De Sturno.

Sturnus Graecis *στῆρ*, *ψάρος*, *βύπτα*, *βύρδος* et *γόλμης*, quod apud Hesychium et Phauorinum leges, dicitur. Auis est ob colorum uarietatem et conspersas per corpus maculas elegans et bene picturata a poetis dicitur. Non tantum autem albis maculis tingitur, sed rubescit quoque, lutea aliquando, in alis prope oculos et in infimo tergo uiridescit. Rostrum habet picorum non absimile, in fine fuscum. Caudam breuem et nigram. Pedes fere croceos. Aristoteles a solum uulgare genus, quod super tecta cantu suo aures fatigat, agnouisse uidetur. b Aldrouandus tres exhibet. *Vnum*

totum album, rostro, quod ex luteo rubescit et pedibus, qui leuiter carnei, exceptis. *Alter* caput, collum et rostrum erant alba, maculae supra oculos binae nigrae, uenter candidus, alarum principia maculis subcaeruleis uaria. Remiges alarum et cauda, ut in sturno uulgaris. Pedes lutei. *Tertius* totum corpus ex cinereo lutescebat. Pectus punctulis conspergebatur. Rostrum et pedes nigri coloris erant.

Locum si adtendas, nullibi non inueniuntur. Auenis, pratis aquosis, ubi armenta pascuntur, et agris gaudent. Turribus inprimis et tectis hyeme latent. Si uisum, pampha-

gisunt. Nam praeter baccas et uvas, quibus impense delectantur et pinguescunt, milium quoque, panicum, cicutam, stercora et lumbricos, imo suspensorum cadauera, ideo ab eorum esu Belgae abstinent, depascuntur.

Generatio. Nidulantur iisdem fere locis eodemque pene modo, ut pasferes. Ter anno parere dicuntur et uno tempore septem uel octo oua ponunt. Graecis dicuntur *κικλίζειν*, auctori Philomelae pisitare. Summo mane maxime sunt obstreperi, nocte silent. Visi, qui omnium

e Bruer. l. 15. de re cib. c. 42.

auium uoces imitabantur. Et c in Galliae urbibus habentur, qui sermonem explanate longiori etiam p *Plin. H. contextu exprimunt*. Habebant et *N. l. 10. d* Caesares iuuenes eiusdem peritiæ unum.

Volatus.

Proprium ipsis cateruatim uolare et quodam pilae orbe circumagi, omnibus in medium agmen tendentibus. Vespere potissimum adgre-

gantur et tanta mulditutine atque impetu quandoque uolant, ut nubem facere et tempestatis modo sonare uideantur. Dicuntur sibi ipsi medicinam facere. Adterebat *f. Gesner. in Ornith.* di luxato oua formicarum comminuta et sub alis calefacta unus. Sic integer intra paucos dies euasit. Metuunt accipitrem eundemque superne uel a latere accedentem alis euentant, subtus uolantem stercorebus opprimunt. Semine alii intereunt et a canibus metuuntur.

Galenus g eos inter *cibos* adtenuantes et boni succi refert, quod uel de iuuenulis uel de illis, qui in montibus degunt, sumendum est.

Vindemiae h tempore pabuli melioris copia non improbantur. Sui uiiores euadere, si mox captis capiti amputentur, i Cardanus auctor est. Stercus oryza pastorum ad faci-

NB. *Sturni genus Indicum uide in mantissa. Num. 6.*

CAPVT VI.

De Coccothraustis.

Descriptio.

Duplicem coccothrausten Aldrouandus exhibet, uulgarem Gesneri et Indicam cristatam. Illa ita dicta, quod rostro suo coccos et interiora cerasorum grana confringere soleat. Circa Verbanum Lacum fringilla montana, Bellonio a rostri magnitudine Grosbec dicitur. Putabat hanc esse Aristotelis pardalum quiddam. Falso ex collatione utriusque patebit. Pardalus enim colore toto cinereus est, magnitudine par sturno. Coccothraustes autem est, si Bellonii descriptionem sequemur, sturno paulo minor, rostro duro et magnitudine pro corporis proportionem insignis. Capite superiore mali aurantii colore cum macula sub gutture nigra, collo cinereo, dorso fuluo, alarum extremitatibus ex uiridi lutescentibus, sicuti torques palumbis, caudae extremitate alba, subtus fulua. Ventre, pectore et gutture eiusdem coloris. Gesnerus ei tribuit alaudae

Arist. H. A. l. 9. c. 23. Bellon. de Anib. l. 7. c. 30.

aut loxiae magnitudinem. Rostrum durum, ualidum, breue, latum, quod inferius a pennis nigris ambitur. Colorem capitis in foemina charopum uel ex flauo rufum, in pectore et uentre ex cinereo rubicundum. Pennas alarum superius nigricantes, in medio albentes, in imo coloris fere caerulei seu Indici. Collum primum et utrinque ad latera plumis cinereis uestitum. Dorsum ex fusco nigricans.

Aestate in syluis capitur et tum in Italia in montibus agit. Sub Octobrem ad plana descendit. In Germania aestate rarius, hyeme frequentius cernitur. Nidificat in arborum cauis. Visitat nucleis cerasorum, quae rostro confringit, necnon oliuis et aliis baccis. Non seruat ad crescentem aetate colorem. Caueae inclusa non solum raro cantillat, sed ne institutionem quidem admittit.

INDI.

TITVLVS II.

De Insectiuoris Canoris.

CAPVT I.

De Luscinia.

Nomen.

Inter insectiuoras canoras primum *Lusciniae*, alterum *hypolaidi*, tertium *atricapillae* locum tradimus. Causa in uoce patebit. Illa Graecis *αἰδων* et *αἰδώς*, Latinis seu, quod in lucis canat seu, quod ante lucem seu, quod lugens luscinia, sed et acredula, uolucris Attica, ales Daullia, Pandionia etc. dicitur.

Descriptio.

Arist. H.

A. l. 9. c.

15.

Plin. H.

N. l. 10.

c. 29.

Formam non est, quod describam, cum ubique sint obuia. *Linguae* summo acumine caret nec tenuitatem illam primam habet, quam caeterae aues atque hoc illi cum atricapilla commune intercedit. *Mari* foemina corporis habitu similis, aliquando tamen ad cinereum uergens, quod et iunioribus competit. Illa, quam Schwenkfeldius maiorem uocat, tota fere cinerea est et parum rubedinis obtinet. *Sexum* male ex corpore coloris, mole, oculo dextro, qui mari maior dicitur, conlegeris. *Mares* adulti uere capti, quod tum in uenerem ruentibus genitalia turgeant, sese produnt, extra id tempus, quae frequentes et modulatos edit cantus, qui continuo spiritu in longum trahuntur, quae unico saepe insistit pedi et diu immobilis permanet, mas est. Cur sitat per caueam foemina et cantum breuem concisum ac intermissum promit.

Locus.

Locus ipsis diuersus. In syluis quaedam uitam agunt, quae maiores sunt forte, quia se in his tutiores a serpentibus credunt, in sepiibus quaedam, nonnullae montana loca amant, palustria nonnullae, plana aliae. Hybernia iis caret, si Botero credendum, Batauia, si aliis, imo mori inlatae dicuntur. Athenis tanta ipsarum copia, ut philomelam Atticam poetae finxerint. Sunt et prope Arduennam syluam plurimae. Aestate adulta non diu

adparent et sub autumno usque ad dies uernos conduuntur. Maximi uaeneunt, quae in caueis hyemem pertulere. *Cibus* eis uermiculi, sed imprimis formicae et illarum oua. In caueis duris ouis et mica panis uescuntur.

Nidum uere mense Maio uel etiam prima aestate, quandoque humi sub

Parrus.

Arist. H.

A. l. 5. c. 9.

sepibus et arborum truncis, aliquando in ipsis fruticibus uiridibus et densis ex foliis arborum, paleis et musco oblongiusculum construnt. Cum plurimum fena oua pariunt et, dum incubant, a cantu, si Aristotelem sequimur, cessant, si Albertum et alios, luscinia peruiquil custos, cum oua quodam sinu corporis et gremio fouet, infomnem longae noctis laborem (solam ex omnibus somnum negligere καὶ διατέλεις ἀγρυπνείν Hesiodus apud Aelianum auctor est) cantilenae sua uitate solatur, quo possit non minus dulcibus modulis, quam fotu corporis, oua animare.

Cantum et uocem earum, quam *εὐσημεῖν* Pollux uocat, Sidonius *gibulare* dicit, Plinii uerbis explico. Luscinis, inquit ille, diebus ac noctibus continuis xv. garrulus sine intermisu cantus. Densante se frondium germine, non in nouissimum digna miratu aue. Primum tanta uox tanto in corpusculo, tam pertinax spiritus. Deinde in una perfecta musicae scientia modulatus editur sonus et nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc uariatur inflexo, nunc distinguitur conciso, copulatur intorto, promittitur reuocato, infuscatur exinopinato. Interdum et secum ipse murmurat plenus, grauis, acutus, creber, extentus, ubi uisum est, uiibrans, summus, medius, imus breuiterque omnia tam paruulis in fau-

Parrus.

Sidon. E.

pist. l. 2.

Plin. H.

N. l. 10.

c. 29.

c. 20.